UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

9 de Actoribus & adiutoribus tutorum, vel curatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97739

Visual Library

domini capti ab hoſtibus, reuerti ſperantur, *l. 1. §. pe. & fi. de mu-
ner. & honor. lib. 50. P. tit. 4. l. in poſſeſſionem, quib. ex cau. in poſſe. eat.*
ſi ex Carboniano edicto bonorum poſſeſſio petita ſit, & cautio
non detur. *d. l. ſed ſi is, §. fin. de muner. l. 1. §. quoties, de Carbon. edict.
P. l. cum cognatos, 3. de capti. & poſtlim. reuer. lib. 8. C. tit. 51.* Et ſic
3 in ſimilibus. ❡ Dantur † curatores quoque captis & viuentibus
apud hoſtes, ſpe poſtliminii, ne interim bona eorum fraudibus
diſſipentur.

De Actoribus & adiutoribus tutorum, vel curatorum. Cap. 9.

Lib. 5. C. tit. 6.

1 *Tutoribus & curatoribus dantur adiutores per iudicem, pro nutu eorum tutorum vel curatorum.*
2 *Tutores & curatores cur in locum ſui procuratorem pro rebus pupilli non poſſunt dare, ſed actorem: niſi lite conteſtata.*
3 *Actor datus a tutore & curatore quid præſtat in iudicio.*
4 *Actorum tutorum quando finiatur officium.*

1 SVperioribus † perſonis curatorum & tutorum aliæ quando-
que accedunt auxiliares, additæ a iudice petentibus tutori-
bus vel curatoribus, ſi illi ſufficere non queant adminiſtrationi:
nempe actores ſeu adiutores, ratione iudiciorum, *l. quæ omnia, de
procur. in P.* & in locum procuratorum ad lites. Qui periculo
tutorum & curatorum dantur, id eſt, vt ipſi teneantur pro illis, ſi
male & perperam adminiſtrauerint negotia commiſſa. *vtrumq;*
2 *probatur in l. ſolet. 13. de tutel. in P.* ❡ Explicat † autem id Iuriſconſ.
Paulus, & cur actor potius, quam procurator hic dicatur in tutela
litium curam habens. *Decreto*, inquit, *l. Decreto, 25. de adminiſtr.
& peri. tutor. lib. 26. P. titul. 7. tutorum periculo, tutoris actor conſti-
tui ſolet, quotieſcunque aut diffuſa negotia ſunt, aut dignitas, aut æ-
tas, aut valetudo tutoris id poſtulat: Nempe ſi infans pupillus fari non
poſſit, vt procuratorem facere non poſſit.* Et Diocletianus, & Maxim.
nec patri quidem tutori filii permittit procuratorem creare, ſed
actorem tantum. *l. 1. de acto. a tuto. ſeu curat. dan. lib. 5. C. titul. 61.*
Iure enim tutor quam diu abeſt, alium quam tutorem conſtitue-
re non poteſt. *l. curatorem habenti, 10. qui da. tutor. & curat. poſſ.
lib. 5. C. titu. 34.* Tutores enim aut curatores, domini rerum mi-
norum non ſunt, ſed illarum agunt curam, & ideo procuratorem
non poſſunt conſtituere pro illis in iudicio, *l. 1. de procurat. in P.*
ſed actorem, *l. neque, C. de procura. l. ſi actor, de appel. C.* ex cauſſa,
§. fin. de curato. niſi lite conteſtata ordinare velit procuratorem
tutor, quia tunc factus eſt dominus litis. *d. l. neque.* Quanquam in
negotiis gerendis procurator recte alium procuratorem conſti-
tuat. *l. ſi procuratorem. § ſi quis, mand. in P.*
3 ❡ Hic † actor tamen, tanquam procurator ſatiſdat de calu-
mnia, vt legitimam perſonam ſtandi in iudicio habens. *l. 2. §. 1. §.
ſin autem, & §. 1. de iuram. calum. C. & ibi gl. & gl. 2. in d. l. de act. a*
4 *tuto. vel curat. dan. C.* ❡ Finitur † horum actorum officium, fini-
to officio eius cui additi ſunt, nempe tutoris vel curatoris, *l. 1.
quan. tuto. vel curato. eſſe deſ. C.* vel finito negotio, cui præfecti
fuerunt.

De Actionibus tutelæ & Curæ, directis & vtilibus, ciuilibus & prætoriis.

Cap. 10.

Lib. 27. P. tit. 3. Arbit. tute. lib. 5. C. tit. 51.

1 *Tutelæ actio, non niſi finita tutela proponitur, contra curatorem autem & actio proponitur pendente adminiſtratione.*
2 *Tutor vt ex quaſi contractu obligatur, vnde actiones tutelæ.*
3 *Tutor conuenitur pro male geſtis, non geſtis gerendis, pro dolo & culpa: teneturq; res eius & proprias curare.*
4 *Actio in tutorem duplex, tutelæ, & de rationibus diſtrahendis: quæ & vtilis in curatorem.*
5 *Tutelæ actio directa & contraria, & vtilis.*
Res pro quibus tutelæ actio vel curæ directa datur, eodem & numero 6. 7. 10.
6 *Negotiorum geſtorum actio quando in tutorem vel curatorem datur.*
9 *Tutor a tempore quo ſciuit ſe datum, & ſi non adminiſtrauerit, tenetur de periculo tutelæ.*
10 *Tutor vel curator num teneantur pro vſuris pecuniarum otioſarum minorum.*
11 *Tutorum vnus pro omnibus in ſolidum conueniri poteſt pro tutela.*
Quando inter contutores habet locũ exceptio diuiſionis: & quando in ſolidum quilibet tenetur.
12 *Tutoribus & curatoribus competere beneficium ordinis, ceſſionis, diuiſionis, & vtilis actionis: & beneficium ordinis quod, & quando illis datur.*
13 *Beneficium diuiſionis tutelæ & curæ quale, & quando detur tutoribus & curatoribus.*
14 *Beneficium ceſſionis actionis datum contutori.*
15 *Vtilis actio quæ detur contutori in contutores.*
16 *Actio pro tutela, in eum qui ſe pro tutore vel procuratore falſo geſſit: & de contraria protutelæ.*
17 *Tutelæ actio durat 30. ann.*
18 *Tutelæ & curæ nomine in quantum, & quomodo agant heredes minorum, & teneantur heredes tutorum & curatorum, an de dolo, lata, leuiq; culpa.*
19 *Infamia ex condemnatione tutelæ vel curæ non tranſit in heredes tutorum vel curatorum, quomodo.*
20 *Iuratur in litem contra tutorem, non contra eius heredem.*
21 *Perfidia tutorum & curatorum infamia, & aliis pœnis punita. Item 19.*
22 *Platonis lex de tutelis, & accuſationibus tutorum.*
23 *Tutores honorarii & notitiæ cauſſa dati, quando, & in quantum teneantur.*
24 *Actio directa de rationibus diſtrahendis quid, & contra quos datur.*
25. 26 *Actio tutelæ, & de rationibus non concurrunt.*
26 *Furti actione interdum contra tutores & curatores agitur.*
27 *Actio de rationibus diſtrahendis datur contra quoslibet tutores non contra heredes eorum.*
28. 29 *Actio alia in curatorem & tutorem ex ſtipulatu, rem pupilli ſaluam fore. & quando ex ea agatur, & contra quos.*
29 *Actio ex ſtipulatu, rem pupilli ſaluam fore, vtilis datur in pro tutore gerentem.*
30 *Beneficium diuiſionis agenti minori contra tutores obiici nequit ab illis, inter illos quatenus locum habeat.*
31 *Actio ſubſidiaria quando ob tutelam vel curam competat contra magiſtratus, qui tutores & curatores dederunt.*
in Nominatores tutorum & curatorum actio quando competat, eod.
32 *Magiſtratus collegæ qui conueniri poſſunt nomine tutelæ vel curæ, diuiſionis an habeant beneficium.*
33 *Magiſtratus, qui non tenentur in ſubſidium tutorum vel curatorum, quos dederunt.*
34 *Scriba, cui de facultatibus minorum commiſſa eſt inuentarii confectio, quando in ſubſidium tutorum & curatorum teneatur.*
35 *Ordo qui nominauit magiſtratum, qui minoribus tenetur, non tenetur pro magiſtratu in ea cauſſa tutelæ vel curæ.*
36 *Vtilis actio ex facto tutoris vel curatoris data, minoribus, & in minores.*
37 *Actiones prætoriæ pro tutore, & in factum pro tutela & cura, in quos dantur minoribus.*
38 *Reſtitutio minorum & aliorum, in factum actione aduerſum geſta a falſo tutore vel curatore.*
39 *Actio pro tutela & pro tutore prætoria, in quo differant.*

ACtiones † tutelæ & curæ fere eadem tractatione concludi 1
poſſunt, paucis exceptis, veluti quod actio tutelæ nonniſi
depoſita adminiſtratione proponi iure communi poſſit, *l. niſi fi-
nita, 4. & l. ſi tutor. 2. §. fin. & l. ſed non datur, 10. de tute. & ratio. diſ-
trah. in P.* cum curatore autem manente adminiſtratione, vt cum
procuratore agi poſſit. *l. cum curatore, 27. de adminiſtr. tut. in P.*
❡ Tutores † qui tutelæ iudicio tenentur, non proprie ex contra- 2
ctu obligati eſſe intelliguntur, ſed ex quaſi contractu: cuius no-
mine mutuæ ſunt actiones, & quæ pupillo in tutorem dantur di-
rectæ, & quæ tutori dantur in pupillum contrariæ. *§. igitur, de ob-
lig. quæ ex del. naſc.*

❡ De † omnibus quæ tutor fecit, cum facere non deberet: i- 3
tem de omnibus, quæ non fecit, rationem reddet hoc iudicio,
præſtando dolum & culpam, & quantam in ſuis rebus diligen-
tiam, *Vlpian. in l. 1. de tut. & ratio. diſtrah. lib. 27. P. titu. 3. l. a tuto-
ribus, eod. l. quicquid, arbit. tut. C. § fin. vt qui oblig. per hib. ſe hab. res
mino. in auth.* Lex Platonis etiam ea, *11. de legib. Tutor non minus
orphanos quam ſi genuiſſet eos, diliget: neque res illorum peius, quam*